

set ac reum capitaliter condemnare : quod caue-
tur in Cap. finali. Ne Clerici , vel Monachi in sexto.

178 Dico Primò. Negari nequit securissi-
mum esse procedendi modum , quem Narbona
omnino necessarium arbitratur , vt videtur com-
pertum , estque ille iuxta decisionem Capitis citatae ,
in quo Ecclesiasticis habentibus temporalem iur-
isdictionem ut necessarius prescribitur , dum di-
citur , Debent & possunt .

179 Dico Secundo , illum in Tribunal S. Inquisitionis non videri necessarium. Et quidem

in causis ad fidem spectantibus id est manife-
stum. Deinde , in causis non spectantibus ad il-
lam , vbi de foro tamē ipsius sum , non est ne-
cessaria commissio aut delegatio , vt constat in
peccato Sodomiæ in Portugallia , Aragonia , Val-
entina , Catalaunia ; ergo cū in Hispania In-
quisitione crimina familiarium &c. de foro illius
sint , eodem modo videtur procedendum .

180 Deinde id probo ex Concordia citata
I. 20. Tit. 1. lib. 4. recipiat , in qua statutum Famili-
arem , qui reprehendit non gaudere foro In-
quisitionis , remittendum Curia sacerulari , modo
ibidem tradito , & sic clauditur . La qual (remi-
sion) luego se hiziere y presentare al Inquisidor , o
tuez seglar , contra cuya iuridicion se vbiere declarado ,
remita el tal proceso y causa , y lo deje a aquel , en
cuya favor se vbiere fecho la dicha remision , para que
proceda en el conocimiento y determinacion de la causa .

Sic ibi. Vbi licet de remissione processus & cau-
sa tantum videatur ferri precepsum , dubitari ne-
quit quin de remissione etiam rei debeat intelligi ,
vt benè ostendit Diana Parte 4. Tract. 2. Resolut.
191. Notanda iam verba illa : Para que proceda en
el conocimiento y determinacion de la causa . Potest
ergo S. Tribunal in determinatione & cognitio-
ne causa procedere : ex quo evidenter elicitor
non esse necessariam causam delegationem , quan-
do illa est sanguinis , cum decisio sit vniuersalitatis .

181 Et ex eadem decisione argui efficaciter
potest . Nam Familiaris , qui mortem intulit , pri-
uilegio fori gaudet in Hispania , dum mors aleuo-
sa non est , vt videri potest apud Narbonam
Glossa 11. num. 36. & Glossa 17. num. 11. de eo
si competentia formetur : seruandus interim in
custodia iudicis prævenientis reus , & si foro non
gaudere fuerit deprehensus , atque in custodia S.
Inquisitionis fuerit , iudicis est laico cum processu
& causa tradendus : ex quo clarè habetur eum
mortis supplicio afficiendum . Et nihilominus id
sine periculo irregularitatis accidit : ergo simili-
ter poterit S. Tribunal in causa procedere quā-
do crimen sui est fori , & coniunctum aut confessum
reum , & si capitali poena dignum , Curia
tradere sacerulari . Consequētia est clara : nam in
viroque eas est eadem ratio , cum mors sit pariter
securita .

182 Benè verum est pro hoc non haber-
speciale Pontificum priuilegium , sicut habetur
pro cauſis fidei , & offendentium Inquisitores
ac eorum Ministros , vt videri potest apud Dia-
nam Parte 4. Tractatu 8. Resolut 51. Narbonam
Glossa 22. num. 64. Leandrum infra Quest. 39.
& P. Fragosum Disput. 13. citata 5. 1. numer. 9.
& cum iurisdictione à Rege sit , inde videri difficile
quomodo possit irregularitatis vinculum euitari .
Neque videri satisfieri ex decisione Concordia ,

quia cū in illa & Rex & Tribunal Inquisitio-
nis sancta concurrant , in neutrō est potestas ad

irregularitatis labem submouendam . Proter
quam rationem in casu remissionis post competen-
tiam censet Diana Resolut. 101. citata , hoc non
esse ad potestatem Tribunalis supremi referen-
dum , sed dicendum fuisse tantum declarationem
ex multorum Scriptorum doctrinā , quos ibidem
affert , afferentiam eam non esse proximam coo-
perationem ad mortem , & ita ab irregularitate
alienam .

183 Quæ doctrina casui nostro potest , &
similibus , generaliter adaptari . Nam sicut ex ten-
tentia eorum , quos praedictus Auctor adducit ,
colligitur , etiam inclusus Bullis Pontificis , in tra-
ditione sacerulari Curiæ non incurritur irregula-
ritas , & in calu nostro , & similibus , non sit alter
remissio facienda ; idem erit de irregularitate di-
cendum . Quod si Pontifices pro eo priuilegium
concesserunt , id ad tollendos ierupulos factum ,
vi in simili affirmat Diana in Bulla Gregorij
XIV. loquens citata Resolut. in qua de tradenti-
bus Curia sacerulari non gaudentes immunitate
Ecclesiastica decernit Pontifex . Hoc ergo secu-
ros reddere DD. Inquisitores potest .

184 Praterquam quod non videtur nec-
sarium ut capitali poena digni Curia sacerulari tra-
dantur . Sic enim de Sodomiâ , vbi de eorum cri-
mine Tribunal S. Inquisitionis cognoscit , affir-
mat Freytes in Additionibus ad Tractatum de Con-
fessariis Sollicitantibus Quest. 24. numer. 136. tales ,
nisi sint incorrigibiles , non posse Curia sacerulari
tradi , quod non improbat Diana Tract. 7. Reso-
lut. 20. P. 4. & Soufa in Aphorismis Lib. 1. Cap. 59.
num. 27. ait esse probabile , qui & num. 37. ad-
dit , quod hinc poena Sodomitæ , plenè probato
crimine , non possit à iudice ordinario minuī . In-
quisitores tamen Lusitanæ non ita limitatam
habere iurisdictionem , sed circa poenam impositio-
nem procedere valent , prout eis expedire visum
fuerit , ex Farinacio , & conformiter ad Bullam
quamdam Pij IV. Striges etiam & lamias , infantici-
dia committentes , non solere Supremum S. In-
quisitionis Tribunal Romæ , Curia sacerulari tra-
dere , ex Dusino illius Assefore proponit Diana
Tract. 8. citata Resolut. 118. quod & cum Pegna
tenet Auctor idem , & pro quo etiam alios addu-
cit Alberghinus in Manuali Qualificatorum , Cap. 18.
Secl. 3. 5. 9. num. 7.

185 Neque id videtur contrarium disposi-
tioni Gregorij XV. in Bulla editâ die 20. Martij
1623. apud Carenam Parte 2. Titulo 42. n. 257.
in qua statutum ut confitit quod quis pactum cum
diabolo fecerit , & à fide apostolando , maleficis ,
vel fortis legi vnam vel plures personas ita læ-
serit , vt ex maleficio vel fortis legio mors secuta sit ,
etiam pro primo lapsu Curia sacerulari tradatur ,
debitis poenis puniendus . Nam Pontifex homi-
cidium cum apostolâ à fide coniungit , quæ si
solâ illam meretur poenam etiam in primo lapsu
non confessi . Et ita Diana , qui præfata Bulla
meminit Tract. 7. Resolut. 10. ea non obstante id
tenet , quod vidimus . Et quidem cum priuile-
gium exemptionis Ministris sit Officij sancti
concessum in eorum fauorem , non est creden-
dum teneri illud ad remittendum Curia sacerulari ,
vt ibi ordinaria poena reddatur : sic enim nihil
fauoris

Circa Titulum XX. & Concordata S. Inquisit.

fauoris haberet ; immo odij non parum : nam
S. Officium ad probationem delictorum validius
& efficacius est : plus enim timetur , unde & te-
stes promptiores sunt ad aperiendam veritatem .
Estque insuper satis gratae sub duplice tribunali
pati reum , dum cauſa eius agitur , & pariter ab
eodem iudicari .

186 Dico tertio DD. Inquisitores in causis
dictis possunt ad torturam procedere quando
illa fuerit necessaria iudicata . In quo , iis supposi-
tis , quæ de eorum iurisdictione sunt dicta , non
videtur dubitari posse . Concessa enim iurisdictione ,
conceduntur omnia , quæ sunt ad illius execu-
tionem necessaria I. 2. de iurisdictione omni iud. Et
concesso fine conceduntur omnia , per quæ per-
uenitur ad finem . Cap. Cum infirmatus , de pœnit.
& remiss. Et Cap. Quoniam , de sent excommun. Praterquam quod in tortura non est periculum
irregularitatis , quia neque mortis , aut mutilationis ,
vt supponitur . Et etiam si debilitatem mem-
brum , non incurri irregularitatem docent Do-
ctores , quos adducit & sequitur Leander Parte 5.
Tract. 2. Disput. 7. Quæsto. 9. Vnde etiam in Re-
ligionibus habere locum potest , non ex speciali
priuilegio Apostolico , sed per consequentiam
iurisdictionis ad criminum punitionem . Et tor-
turam in Tribunal S. Officij immoderata non
futuram benè ex Farinacio obliterat Sousa supra
Lib. 2. Cap. 39. num. 25. & regulariter non plu-
restibus futuras quæstiones aut iectas : cum ta-
men sciamus in Curia sacerulari septem adhiberi
solitas ; quod nuper in duobus Indis , accidit de
homicidio suspectis , quos vidi in xenodochio
Diuæ Annaæ ciuitatis huius Limanæ ulceratos
medicari .

187 Dico quartò . Licet homicidium , de
quo agimus , videatur aleuolum , à seruis inquam
in homine seculo patratum , quod sufficeret tradit
cum aliis Narbona supra Glossa 11. numer. 6. &
59. & tunc famulos fori priuilegium amittere ,
de quo num. 54. & seqq. nihilominus DD. In-
quisitores procedere in eo possunt . Id probo .
Quia imprimit non constat talem fuisse , & in
dubio cauſam afflumere possunt ; quia iudex etiam
delegatus cognoscit an sua sit iurisdictione . Pro
quo Bossius Tomo 2. Tit. 12. num. 350. ex Ciar-
lino . Et ita vnu compotabat in S. Officio testa-
tur Simancas , & cum eo ac Pegna , & Roderico
Acunna tener Diana Tract. 7. cit. Resolut. 10. &
de crimen loquantur , de quo dubitatur an sapiat
hæresim . Nec D. Fermosinus Tomo 2. Cap.
6. quis contra , de foro competenti . Quest. 10. n. 9.
dicens quod in dubio an sortilegum sapiat hæ-
resim manifestam , vel etiam blasphemiam , de qua
numer. 10. Inquisitor non se intromittit , sed ac-
cusatos remittere debet ad iudices sacerulares , ex
Glossa & Martha : contrarius censendus est omni-
no : intelligendus enim perseverante dubio : &
tunc etiam non est obligatio remissionis , quia
S. Officium cognoscere potest de sortilegiis , et
iam si non sapient hæresim , ex Constitutione Sixti
V. vt videri potest apud Dianam Tract. 7. citar.
Resolut. 10. vbi ait id esse manifestum . Et apud
Ignatium Lupum in Edictum S. Inquisit. Lib. 24.
Disput. 1. Artic. 2. Difficult. 9. & quod ad blasphemias
attinet Sanctarellus Tractatu de blasphemia
Cap. 8. Dub. 1. numer. 1. ex quadam Bulla Iulij

Tertij affirmit Inquisitores esse iudices contra
omnes blasphemias : quod non videtur displicere
Diana supra Resolut. 8. & illi possunt , cum bene-
fici fuerit visum , amplecti . Vide etiam Dianam
Tract. 8. Resolut. 112.

188 Quibus addo , etiam si occiso aleuosa-
fit , in Concordia Indica non exceptum , & ita ex
eo capite nihil obstat : cum enim in concessio-
ne excipiuntur Regalia , reliqua omnia Regalia
concessa censentur , vt ex pluribus , quos adducit ,
probat D. Fermosinus supra numer. 51. Neque
hoc mirum , quando respectu Officialium S. Tri-
bunalis , prout sunt à Familiaribus diuersi , de qui-
bus solùm Concordata procedunt , maius aliquid
affirmet Narbona Glossa 19. num. 2. crimen scilicet
ipsum laxe Maiestatis , & consequenter re-
bellionem aleuosam eidem annexam , nequaquam
excipi , sed ad forum dictum pertinere . Nec
de hoc plura : que autem dixi Supremi Tri-
bunalis iudicio , immo & melius sententiam cen-
sura subiicit .

Pro casu alio nupero & tumultuario
Discursus utilis . In quo multa circa
Bullam Pij V. Si de protegendis .

189 Anno præterito 1661. S. Inquisitionis
Tribunal iussit in hac Regum Ciuitate
capi vnum ex urbicis Rectoribus , qui vendi-
tioni carnis arientæ præsidens , in urbana qua-
dam & indecora non semel , eâ occasione , pro-
tulerat , dum plus eius generis , quam ipsi videba-
tur necessarium , pro personis ad curam Tribu-
nalis eiusdem spectantibus , peteretur . Et captu-
ra quidem , non pro communi careere , habito ad
qualitatem personæ respectu , fuerat constituta ,
sed ut in domo maioris Alguacelli , viri quidem
primarij , & ex Equestri D. Iacobi Ordine , vt ibi
aliquamdiu detentus disceret imposturum & de-
centius loqui & quæ ad suum spectabant munus ,
cum Ministris S. Officij dignis & promptius
exercere . Missis ergo ad capturam ministris , ille
ut potuit resistit , sed honorario curru statim in-
clusus in Prætorium S. Officij cerebatur . Duo
tamen concurrentes ædiles , seu Praetores urbani ,
vulgo Alcalenses Ordinarios , irruunt , & captum vio-
lenter eripiunt , eumque ad Excellentissimum Pro-
regem Comitë de Alba de Aliste deferunt , vt sua
auctoritate interposita vim Tribunalis Sancti re-
pellat , cauſam illam minimè ad fidem spectan-
tem , sed humanis quibusdam respectibus con-
cinnatam proclamantes . Sed religiosus Princeps
inconsultum & præcepis abominatus facinus , iu-
stit quantocvys ad Tribunal sanctum ab iis , qui
eripuerant , vincitum deportari , quod & factum .
Sed cum illud anteâ de erectionis violencia fuisse
certius factum , & eam idoneis ac sufficientibus
testibus comprobasset , eruptores duos excom-
municatos declaravit , & deinceps in causa pro-
cessit , mandato sub excommunicatione exhibito
vt suis se dominibus continerent , additis custodi-
bus eorum expensis , nec sane exiguis , sustentan-
dis . Vincit autem intra Officij sancti claustra
detenus , & in domum propriam post dies ali-
quot remissus , & præcepto pariter ac Censurâ ,
nec non custodibus aggrauatus . Tres item fratres ,
Religiosi

Religiōsi duo, & Sacerdos alius ſecularis, & mandatum clauſura & cenſurā paſſi, quia verborum non leues excessus in tumultu capturæ ſunt eiſdem, aut forte aliis, imputati. Circa quod non fine controvēſij actum. Et quia, cum pro iuſtificando S. Tribunalis proceſſu, tum etiam pro ſimilibus cauſiſ, commoda eſſe poterunt, viſum eſt dubia quādā clarē & breuiter lucidare.

D U B I U M I.

An caſus preditus, ſi inexcuſabilis fit, ad aliam poſit Bullam, preter cita- tam Pij V. aut Decretum Apoſtolicum pertinere.

190 **D**ico primō. Alia eſſe Pontificia De- creta contra impediētes officium ſ. Inquifitionis, maniſtum habetur ex Bullā Iulij III. Kalendis April. 1551. ab Urbano VIII. renouata, vt conſtat ex Decreto eiusdem die 7. Iunij 1633. in qua ſic ille: *Licit à diuersis Romanis Pon- tificibus Prædeceſſoribus noſtriſ, etiam per ſpeciales Conſtitutiones in Corpore juris iuſtias, fuerit rite & ſal- bures ſanctūm atque decretūm, vi ſeculi Poſtſtatis, & Domini temporales, ac prouinciarum, ciuitatum, terra- rum, & locorum quorūcumque Reſtores, &c. Neque Diocesano Epifcopo, vel Inquifitori incuben- ſe opponere preſumferit, vel ipſum aliquatenus impe- dire, &c. vbi poſt faciem contra prädicta, in quibus exprefſi hæretici, credentes, receptatores, fautores, & defenſores; additur qui ſe oponit, & impedit in negoſio prädicto: quod quidem generalius quid indicat, negotium ſcilicet Inquifitionis ad alia präter adducta, ſed tamen in ordine ad fidei puritatē conſeruandam extendi. Præterquā quod cum DD. Inquifitores captu- ram deſcernunt; nemini conſtarē poſt an pro- pter hæreſim, credentiam, receptionem, fauori- am, aut defenſionem, id faciant, in quibus De- cretaſ vim continent maniſtam. Et licet aliquid präcesserit, vt in caſu prädicto, propter quod in- telligi poſſit capturæ diſpoſitum fundamentum; id ipſum eſt fallibile, & poſtquam cum eo, de quo vul- ga ta notitia, eſt aliud notitia ſecretioris; cui illud adiunctum cauſam poſſit reddere gra- uiorem.*

191 **E**ſt item Decretalis alia Urbani IV. in Cap. *Statutum el. 1. eodem titulo, contra ſta- tu- ta ſecularium Poſtſtatis, quibus negotium Inquifitionis direcțe aut indirecțe poſſit impedi- ri, Aut quomodo reſtarari.* In ea tamen non eſt lata Cenſura, ſed ferenda; ſie enim clauditur: *Per Cenſuram Ecclesiſiſcam decetinus compellendos.* Quod quidem non ſolum de auctoribus ſtatut, ſed etiam de executoribus intelligentum, vt vide- tur compertum, quia ſtatutum propter executio- nem prohibetur, & ita currit vulgare axioma, Propter quod unumquodque tale, &c. adductum in *Authentica*, & magis in *C. de Sacroſanctis Ec- clēſiſ*.

192 **E**xtra Corpus autem Iuriſ eſt Bulla celebriſ eiudem Pontificis ex Anno 1261. die 27. Septembris, in qua ſic ſtatuit: *Ceterū ſi forte (quod non credimus) aliqui cuiuscumque conditionis huic ne- goſio vobis commiſſo ſe opponere, aut illud prä- ſumferint aliquatenus impedi- re, vi non poſt procedi libere in eodem: immo niſi inquifiti ſeu requiſiti id fuerint, & juxta officium & poſte ſuum ſinguli juauerint ſtudioſe: contra eos tamquam hæreticorum fautores & defenſores, & ſecondum ſanctiones Canonicas, freſi eadem au- toritate, intrepide procedatis. Sic ille. Et präter di- caſtū etiam alia, qua videri poſſunt apud Pe- gnam poſt Scholia in Eymericī Directorium:*

Inqui-

quibus präſatus Iulius III. nouum addidit robur Constitutione citatā, dum excommunicationem Sedi Apoſtolicā reſeruatam accumulat contra prädictos, & eorum Officiales; cū präſertim ſe in negoſio hæreſis ingerunt, & de eo volunt co- gnocere, quo cumque prätextu id flat.

193 **E**t ex hoc videri alicui poſſit Conſtitutionem iſtan, ſicut & alias, ad quas alludit in ipsā, non comprehendere eos, qui impediunt aut retardant in negoſio ad fidem non ſpectante, quia Pontifices in illis de negoſio hæreſis pra- uitatis tantum loquuntur, & diſpoſitiones tales, vi poenale, nequitam amplianda, vt ſep̄tis di- ſtum, & paullō ſuperiū numer. 172. Sed hoc non obſtit: nam in Cap. *Vt Inquifitionis*, ſic conclu- ditur: *Si quis verò de prädictis Poſtſtatis, Dominis temporalibus, Reſtoribus, vel eorum Officiales, ſeu Balliuiſ, contra prädicta fecerit, aut präſato fidei negoſio, ſep̄tis Diocesano Epifcopo, vel Inquifitori incumbenti ſe opponere preſumferit, vel ipſum aliquatenus impe- dire, &c. vbi poſt faciem contra prädicta, in quibus exprefſi hæretici, credentes, receptatores, fautores, & defenſores; additur qui ſe oponit, & impedit in negoſio prädicto: quod quidem generalius quid indicat, negotium ſcilicet Inquifitionis ad alia präter adducta, ſed tamen in ordine ad fidei puritatē conſeruandam extendi. Præterquā quod cum DD. Inquifitores captu- ram deſcernunt; nemini conſtarē poſt an pro- pter hæreſim, credentiam, receptionem, fauori- am, aut defenſionem, id faciant, in quibus De- cretaſ vim continent maniſtam. Et licet aliquid präcesserit, vt in caſu prädicto, propter quod in- telligi poſſit capturæ diſpoſitum fundamentum; id ipſum eſt fallibile, & poſtquam cum eo, de quo vul- ga ta notitia, eſt aliud notitia ſecretioris; cui illud adiunctum cauſam poſſit reddere gra- uiorem.*

194 **C**irca Caput verò Statutum affirmat Glosſa contra illius ire diſpoſitionem, & conſequenter poenam ibidem exprefſas irrogandas, qui ſtatuant ut nullus, niſi ſit de familia Poſtſtatis, poſſit arma gaſtare. Sic verb. *Indirecte*. Non ergo tantum de negoſio hæreſis agitur; cū de impediētis tractatur. Et impediētes arma deſtere Familiares, poſte ut impediētes puniri, cum aliis affirmat Pegna in Scholiis ad Directorium citatis Lib. 3. Scholia 114. §. Iam huc priuilegium.

195 **E**t Urbani IV. präſata Decretalis au- toris in Bullā celebriſ citatā ante adducta eiudem verba ex §. *Ceterū*, de quo num. 192. Inquifitoribus facultatem conceſſerat prohibendi Pædicatoris Quæſtuarii. Vnde qui hoc impidi- ret, abſque dubio impediētum poenam incur- ret. Cū ergo ſtatim de illis ſtatut, non eſt id ad hæreſis cauſas tantum limitandum. Et ita eodem modo debet accipi quod eſt à Iulio III. diſpoſitum präſatis innitente, & eadem ſuo decreto roborante. *Precipimus ne Diocesanos Epifcopos, & Inquifitores ipſos, in ſuo Inquifitionis negoſio vlo- modo impediāt, ſeu perturbent: neque ſe in hæreſis cri- mine cognoscendo, ſeu iudicando, &c.* Verba illius ſunt: in quibus impediētum in officio priu- generaliter amouetur, & ſtatim ſpeciale illud de cognitione judiciali hæreſica prauitatis. Licet ergo Bulla Pij V. non extaret, ampla eſſet DD.

Circa Titulum XX. De impedientibus O.S.I.

Inquifitorum poeſtas ad impedientes quomodo- liber coercendos. Sed iam de illa ſit

D U B I U M II.

An, & quomodo caſus präſatus in Bullā Pij V. continueatur.

196 **D**ico primō. Caſus talis in Bullā prä- fata continetur, qua etiam renouata ab Urbano III. Decreto citato, num. 190. Conſtat ex §. 4. vbi ſic habetur: *Quiue carerem, aut aliam cuſodiā, ſeu publicā, ſeu priuātā, effregerit, vin- clumque extraſerit, ſeu emiſerit, capiendum prohibe- rit, ſeu facultatem effugendi dederit, &c.* Ecce vin- clum capi prohibiūt, & captum eruptum. Quid manifestius?

197 Dices agi de hæreſico, quod tripliciter probari poeſtas. Primo ex tenore Bullæ in eius §. 1. vbi Pontifex in eos inuictit impios homi- nes, qui omnibus malis artibus S. Officium subuertere, Miniftriſque functionibus disturbare moliantur. Tales autem ſe reprimere velle Conſtitutione ſuā proteſtatur. Non ſolent autem tales eſſe niſi qui hæretici fauent, & ideo Tribuna- li sancto ſunt infenſi, quod eſt hæreſicorum ter- ror. Secundo, quia §. 2. inter eos, quos offendit prohibet, ſic concluſit: *Seu accusatorem, denunia- torem, aut teſtem in cauſa fidei, quomodo cumque produ- ctum.* Quod ad prämiſos omnes videtur reſer- dum ex communī doctrinā de qualitate, ſeu determinatione in fine diſpoſitionis, pro quā Glosſa in Cap. *Secundū requiriſ*, de appellationib⁹ & cum aliis atque ex aliis Barbola de diſpoſitionib⁹ & clauſulis Clauſ. 119. de quo & Nos alibi. Tertiū quia §. 7. ſic habetur: *Quicunque autem pro talibus veniam petere, aut aliis intercedere tentauerint in eadem illis paſtas, que in hæreſicorum fautores à Sacris Conſtitutionib⁹ inſeruntur, ipſo facto ſe nouerint incurrſe.* Hæc Pontifex: ex quibus id latiſ vi- detur apertum. Tandem, quia Conſtitutione iſta eſt conformis duabus aliis, ſcilicet Innocentij IV. & Clementis IV. vbi de hæreſi capturā agitur, & poenam impediētibus affiſſantur. Qua apud Pegnam habentur ſuprā.

198 Sed certe nullo eſt modo ſuſtiendum, ſtante in contrarium ſupremorum Tribunalium praxi, quam Pontifices vi ſuā menti conformem diuino procul amplectuntur. Et illi ſe Tribunalia inferiora conformant, vt neceſſarium omnino id ſibi rata: cū regulam non debeat ſequi, quod nec ipſis eſt licitum, laxiore. Et ita videmus iuxta tenorem Bullæ eiusdem punitos, qui vi- ſtos eripuerant non hæreſicos, poenam aliquando ex Pontificiā mansuetudine temperatis. Pro quo Carenia Parte 2. Titulo 13. num. 67. & aliis, de qui- bus inſiſ. num. 215.

199 Deinde. Qua in contrarium adduc- cuntur, non vrgent. Primum enim eſt quidem veriſiſum, & omnino Pontificem velle impius hominibus S. Officio infenſis validum frenum in- iicere, ac penitus reprimere eorum audaciam. Sed tales non ſemper fautores hæreſicorum ſunt, ſed liberrimi, petulantes, & präcipites, ſub pietatis co- ure, vt loquitur Conſtitutione citatā Iulius III. & licet non omnes subuertere S. Officium malis ar-

tibus, aut Miniftriſ ſuis functionibus diſturbare moliantur: ſi tamen id faciant, quod eſt prohibi- tum, poenam incurront: quia tali prohibitione in- tendit Pontifex, ne quisquam ſic agendo in pro- fundum malorum veniat, & illam contra S. Tri- bunal, & eius Miniftriſ, tandem hauriat impie- tam. Quemadmodum ſi quis hæreſicūt ex ma- nibus Miniftriſ eripiat humano aliquo reſpe- ctu, Bulla peniſ obnoxius redditur: & tamen non ideo ſubuertere S. Officium intendit, & ge- neraliter Miniftriſ ſuis functionibus diſturbare. Et reuerā licet expreſſe ac direcțe nolit ſic operans S. Officium ſubuertere, vult tamen, ex parte quidem, expreſſe; & interpretatiue, totaliter. Si quidem ſuo factō & exemplo viam aliiſ ſternit ſimiliter faciendi: quod ſi ita contingat, auctum eſt de S. Officium auctoritate.

200 Secundum eſt enerue, quia cauſa fidei latius patet, vnde & additum à Pontifice, *Quomo- do cumque productum.* Et ita cauſa, qua contra impediētes agitur, cauſa fidei eſt, vt benē ex Zanardo Carena ſuprā, num. 67. vnde & abiuant, vt videri poeſtas apud Dianam Parte 4. Tractat. 7. Refolut. 13. in fine: licet hoc in omnibus locum non habeat regionibus, de quo inſiſ. Dub. 4. & verò cum facile fuſſet Pontifici dicere, *In cauſa hæreſiſ*, ſicut expreſſerunt nonnulli alii, nec tamen dixerit, validum argumentum eſt vt creda- mus Conſtitutionem ſuā voluisse ad omni- nem cauſam tribunali ſancto propriam amplia- re. Vnde concedo quod de qualitate aut deter- minatione, in fine diſpoſitionis adiecta obiicie- batur.

201 Tertiū videtur vrgentius, ſed ſolui- tur nihilominus inprimis, ſi dicamus ibi quidem eſſe ſermonem de hæreſicorum cauſis, pro quibus qui veniam petunt, eisdem fauere vi- den- tur. Præterea dicendum magis ad rem poenam fautorum incurrere, non quia fauent hæreſicis, ſed quia Pontifex vult in eodem poenarum gene- re comprehenſos cum hæreſicorum fautoribus: eō quod impide S. Inquifitionis Officium maius quid eſt simplici hæreſi fauore; tendit enim ad illud ſubuerendum, vi iam vidimus aſſeruisse Pontificem, & ita grauius puniendo benē obſer- uit P. Palauſ Tomo 1. trac. 4. Diflut. 8. Punto 16. §. 7. n. 2. ſic etiam Pontifex tales poenam ſubiicit, qua rei laſe Maiestatis ſunt conſtituta, licet re- uera rei talis criminis non ſint.

202 Ultimum denique parui momenti eſt, cum conſter Pium V. ampliorem voluisse Conſtitutionem edere pro ſpeciali Tribunalis ſancti, & Miniftriſ eiusdem protectione, vnde Conſtitutionum Pontificum aliorum non meminim, quia ſi meminifet, de earum ampliatione non poterat dubitari.

203 Dico ſecondō. Caſus prädictus etiam in Bullā Pij V. continueatur, quatenus ſuit cum perterrefactione Miniftriſ coniunctus, de qua §. 2. ibi: *Seu perterrefecerit.* Quod quidem non respectu actionis illius tantum accidit, ſed & aliarum, qua deinceps iniungit à DD. Inquifitori- bus contingeret. Quis enim non timeat manus in aliquem iniicere, cū contra ſe poenitentiam ſeculariem irrupturam poſſit veroſimiliter ſuſpicari? Et cedere quidem parūm videbitur honorificum, quando & reſiſtere magno conſtat obnoxium

eſſe